


1530.

Sigismundus I. Rex Poloniae,  
 Joanni Dantisco Episcopo sul:  
 mensi.

Cum nondum hinc Dicessisset frater  
 Vester cum literis quas de rebus omni:  
 bus ad vos scripsi. Nuntius huc ad nos  
 De morte Reverendissimi Domini Episcopi  
 Culmensis est allatus, quoniam vero  
 id accidit sub absentia regie et reginalis  
 majestatis, que voti solvendi causa Cracoviam  
 et Stohovam conceperant, ego simul cum  
 Domino Ludovico, Secretario reginalis  
 majestatis, ut amici officium facere:  
 mus, celessem cum literis nostris ad illas  
 Nuntium misimus, supplicantes ut Ve:  
 stra fidei, servitorumque cum summa  
 Diligentia impensorum rationem habere  
 dignarentur, in qua re successit quidem  
 nobis ex voto et sententia nostra, sed  
 id re perspecta non tam ad postulatio:  
 nem nostram, quam ea mera libera:  
 litate, erga vos et gratia, utriusque  
 Majestatis evenisse comperimus. Salam  
 enim sunt testata id apud se constitui:  
 tum habuisse, ut vos per occasionem  
 huius Episcopatu ornassent, qui equi:  
 dem tanto charior, jucundiorque vo:  
 bis esse debet. Quanto magis ex pro:  
 prio iudicio: munificentiaque Majesta:  
 tum suarum vobis collatum esse agno:  
 scatis. Ego huius quoque pro meo erga  
 vos affectu gratias egi utrique Ma:  
 jestati, quod hanc munificentissima  
 Designatione, gratos sibi fore labores

vestros  


vestros Declararunt. Vobis autem  
presentibus literis, ea animo ob  
amplam istam Dignitatem gratulor:  
summo peregrine opto, ut illi felix, et  
involuntis Diu praesepse, et cum laude  
possitis.

Mittantur vobis literae, quas  
ego Diligenter, et quantum rei vestrae  
expedire videbatur, ad summum Pon:  
tificem, et Reverendissimum Domi:  
num Cardinalem Protectorem scri:  
bere curavi, quas cum vos mittere mit:  
tere Romam volueritis Caesares Ma:  
jestatis et Dominorum Cardinali:  
um, quorum copia isthuc habebi:  
tis literas, etiam in commendationem  
Vestram Nobis impetretis; ut mino:  
re impendio, et quamprimum con:  
firmationem obtinere possitis, vel  
si forte id per breve, sine pluralita:  
te Diplomatum, quae magni constant  
impetrare valeant.

Ceterum quod ad bona Episco:  
patus attinet, dubitare vos non  
oportet iri nobis in integro con:  
servata. Quod restat vos felicem  
et recte involuntem esse opto.  
Datum Cracoviae Die men:  
sis — Anno Domini mille:  
simo Quingentesimo trigesimo.